

*d. 8. Ian. Conf. Poligraphia Meiningensis Gütthii, qui Clettium d. 24. Aug. A. 1602. sacro Ordinationis ritu inter Ministros Ecclesiae relatum fuisse commemoravit p. 94.*

M. Sebastian Abesser/ in vitam hanc introiit Rohrae in Hennebergia d. 21. Iun. A. 1581., Meininga missus est in Gymnasium Schleusingense A. 1590., & Schleusinga in Academiam Lipsiensem A. 1605., constitutus fuit Hypo-Diaconus Schleusingensis A. 1610. d. 4. Apr., eodem anno Archi-Diaconus, A. 1620. Pastor & Decanus Schlae, A. 1632. ibidem Superintendens, decessitque de vita d. 26. Aug. A. 1638., natus annos 57.

*Gener fuit Ioachimi Zebneri, connubio sibi iuncta Filia, Margaretha, d. 14. Novembr. A. 1610., quae ipsa obiit d. 5. Iul. A. 1634. Conferantur, Syllabus mox sequens Diaconorum, Francus in Sched. de Pastoribus Sulanae Ecclesiae Evangelicis ed. A. 1666., & Libri Memorialis in Vvas Alumnorum Schleusf. Reensio I. p. 3. & Recensio II. p. 17. nec non Recens. IV. p. 45. ubi vita extat Filiorum, M. Sigismundi, Superint. Regiomontani, & Samuelis, Cancellistae Meiningensis. E filiabus Catharina vxor extitit A. Reyheri, Reſtoris celeberrimi. Patruelles fuerunt M. Melchior Abesser/ Pastor in Rohr/ de quo Recens. II. p. 17. & M. Io. Melchior Abesser/ HypoDiaconus Schleusingensis, infra afferendus.*

M. VVendelinus Glümper/ Meiningensis, natus d. 19. Mart. A. 1589, missus est in Gymnasium Schleusingense A. 1604. & A. 1610. in Academiam Lipsiensem, post in Ienensem, & tandem VVitte-